est boraz.z aliud tincar.aliud artificiale.quod fit
cum vrina infantium z de vtroq loquūtur Aui.
z Byasco.z aliud auri quod est pictorum z est
amoniacum vt Auicenna de id quo aurum ad
heret.

Gluten albotin ita scribunt qui nesciunt.nam albo
tin debet scribi fm arabicum.interdum alumbat
inuenit z ipm est terbentina.

Gnaphalium ꝑli.aliqui cametelon vocant cui⁹
foliꝭ albis mollib⁹ p tomento vtūtur sane z filia
sunt tomento inteligo.

Gnafalon Bya.cuius foliꝭ multi p tomēto vtū
tur qz alba sunt z mollia zc.

Gneoxon.g.cunilago de qua supra in cu.

Gnidijcoco ꝑau.ca.de collica in quibusdam pil
lulis quarum similes scribit Aui.eodem capitu.
vbi scribit mezerion z Alexand.eodem casu eis
demqz pillulis in aliquibus exemplaris gnidij co
co habetur.z in aliquibus cocognidij.sine dubio
idē sūt de quo supra satis dictum est in co z i ca.

Gnidium apud Alexandrum inter cibos pleurcti
corum quod quidam attriplicem exponunt.

Gnic⁹ est crocus ortulanus qui cincū apō Bya.
vocatur.

Gnomis narkosis.g.mentis stupor.

Gnosis.g.scientia cognitio intelligentia.

Gnostica sensibilia inde prognostica zc.

Gobeyra ara.mespilla a gobar qō est puluis quasi
puluerulenta.

Golena in antidotario esdra dicto exponitur ori
ganum.

Gongilis ꝑaulus capitulo de kunatra est ra
pa.sed grecus gongilon dicit z goggilion scripsit
Stephanus golili scripsit z exposuit leffum pro
left.

Gongiros.g.congrus piscis.

Goni.g.semen inde goniorea seminis fluxus inuo
luntarius zc.

Gonia.g.angulus inde ortogon ium trigonuz zc.
huiusmodi.

Goniorea fluxus seminis sed grecus gonoria dicit
a goni qō est semen z rois fluxus.

Gon Ste.vocari arabice collam dixit.sed giren ē
gluten vel guerin vt supra.

Gorab ara.corvus.

Gramma Aleran.capitu.de frigido stomacho grā
ma inquit fit velut nectar zc.est enim vinum cō
ditum cum speciebus.

Graculus infra inficofagos z in ortix z supra in ga
gilla z videtur discrepare.

Gramas vocat Bemo.lippitudines que fiunt in
obtalmia.

Gramen Bya.agrestis sine gramen virgas habz
nodosas z spansas super terram super quas vir
gas folia acuta z lata z dura sunt sicut canne mi
noris.radix est illi nodosa z dulcis quam boues z
alia animalia pascunt.arabice vocatur negen et
tbeil z negil.z quia duobus nominibus vocatur
duo capitu.de ipso facit Auicen.Unum in lfa
nun Aliud in littera the.ꝑlini.gramen ipsum
qō inter herbas vulgatissimuz geniculatis serpit
iternodijs crebroqz ab bis z ex cacumine nouas
radices spargit.z infra sunt qui z aculeatum gra
men vocent trium generum cuz in acumine acu
lei sunt qui dactilum vocant.alterum qō est azio
simile z hoc dactilon vocant eo q digitis medet
Tertium genus dactili sed tenuis nascitur i pa
rietibus vel tegulis.huic caustica vis ē zc.

Grami ꝑau.capitu.de emoptoica z de asmate
comedāt inquit ō pomis mala apia mespilla ma
la granata z grami fructus zc.

Grana tinctorum vocaf a Bya.coccus de quo su
pra in co.gra.vocatur karmes.

Grana solis milium solis vt quidam vocant cauda
porcina.eo forte q aspa planta sit.apud Bya.
lithospmon de qua infra in li.arabice culb.Ste.
calchi dixit.

Digitized by Google

Grana alkilkil Joan. Sera. ca. de dolore algomor calido sunt granata siluestria. Item idem ca. de sputo sanguinis ex coxcssione.

Graydion. g. lambrusca.

Graneon. g. craneon. i. os vel testa capitis Alexá. ca. de emicranea.

Granum anescseni est fructus arboris magne que lothos vocatur. z est granum simile iunipero sed maiusculum habens interius nucleum duruz cũ sua medulla tectum carne pauca dulcis saporis nigrum cum maturaverit. multi fabam grecam dicunt. Ilido. faba syriaca dicitur arbor magna fructum ferens comestibilem maiorẽ pipere gustu suauem. vnde z mella vocatur zc̃.

Granum ben est granum albi coloris simile cartamo sed maius ex cuius medulla fit oleum de ben qõ nr̃ates oleum mustellinum vocant. hoc enim tempore mee iuuentutis pro pipere albo ponebatur. a Bya. vocatur balanus repsico z oleum eius ballaninum vocat. vide supra in bacõcorda dictum Bya. cum dicto Alui. z videbis q̃ sic ẽ.

Granum calesi vel caleti vel calebi z est. ppr̃ius vero in regali dispositione sepe inuenitur z est milium solis qõ culb ara. dicit.

Granum nigrum est nigella que zeimen arabi. vocatur. z. g. melantium. z quodlibet istorum nominum nigrum sonat.

Granum nil arabice est semen indici quo pãni tinguntur.

Granum viride apud Alui. ẽ fructus arboris terebinti vnde terbentina colligitur vt patet suo ca. q̃ arbor ara. vocatur botim vt dictum est supra

Granum azelim vocatur a Sera. piper nigrum. z sunt radicule pue dulces delectabilis saporis sub citrini coloris que afferunt a Tuneci z barbaria augmentat sperma.

Gratecon fm Pli. vocatur fructus buri arboris.

Gremiale oleum z expensarum z onfancinum idẽ z est quod fit ex oliuis immaturis que colliguñ in gremio caduce ante alias ex quo oleo deberẽt confici omnia olea frigida vt ro. viola. z similia

Gripposis. g. incuruatio. inde gripposis vnguium est signum ptisicos. curuus grippos.

Groncus lini podagra lini cuscuta idem.

Grossi sunt ficus prime que sunt veluti flores aliarum.

Guaday apud Auicen. dicitur q̃ est ostracum. dicebat iudeus q̃ sunt porcellini vermiculi de quibus infra. sed non est consonum veritati conferendo textum Alui. cum textu Bya. z Sera. de porcellioe que dicitur arabice haura.

Guardenegi ara. ẽ species obtalmie magni tumoris que. g. oẽ chimosis vt supra in ch.

Guard infra in primo pagrapho. u. lre.

Guarescen apud Auicen. est auis. dicebat iudeus q̃ est turdus z dixit alius q̃ est turtur. in libro de doctrina ara. vocatur yman. apud Albaui exponitur q̃ est columbus siluestris quem quidam palumbum vocant zc̃.

Guaril ara. stellio.

Guasmeum exponit Aui. q̃ est folium nil. s. indici in tertio Almansoris scribitur guasmia sed i arabico est guasme. fm Albaui est planta que elcuatur super stipitem circa vnius cubiti mensuram in cuius extremitatib⁹ sunt ramusculi sicut flores coriandri qui siccantur z teruntur z miscentur cũ alkãna z tingunt vt alkãna. per se vero colore citrino z inde tingũtur cani. omnia supradicta que scribũtur per gua melius scriberentur p̃. va. u. vocali. pferendo tamen sonum inter. u. z. o. vel ẽt p. o. trabendo ad sonum. u.

Gubeira vel gobeira quocũq; modo dicas est mespilla vt supra.

Guidegi ara. sunt due vene in collo que flõmantur interdum alguidegi reperitur in Albocasim ca. de flõmia.

Gula greci dicunt vt nos.

Gũmi afimar exponitur in. vij. Jo. Sera. in confectione kerande regis q̃ est gũmi amigdalarum Alui. etiam in eadem confectione quaz vocat kabocb regis ponit gũmi amigdalarum. verum nomen non sonat hoc in arabico. nam amigdada vocant seum.

Gulben vel giulben ara. inuenitur q̃ sunt pisa leguminea.

Gũmi cedri est cedria. g. dicitur kidria. arabice vero kitran.

Gũma lilelmetu apud Aliaba. est amigdalarum ſ̃ non est arabicum.

Gũmi arabicum Plini. gũma optima est ex egypria spina euentes vermiculata colore glauco sine cortice dentibus adherens z cetera. putatur q̃ ex arbore ipsius fiat achatia sic apparat supra in ac.

Gũma zabara apud Aliaba. ẽ arabica.

Gunzen gabarum apud Aliaba. ca. de febre continua. p tamarindis vr̃ poni.

Gurguros. g. est gurgulio. inde nomen gurguriki. nos infirmitas gutturis.

Guruz Ste. exponit q̃ ẽ pulvis molẽdini z credo girum vel giri vt supra. sed semper vbi inuenit in greco. y. pfilon. u. transtulit.

Gutta miconis apud Dau. est gũmi papaueris z ipsum est opium.

H Que est aspiratõis nota nec greci nec arabes habent. aliquas tamen litteras habent in se ipsas aspiratione habẽtes. nam arabes vnam litteram habent quam ha vocãt cuius aspiratio est vt nos p h. aspiratae dictões. pferim⁹ bñt z aliã quaz cha vocant cuiꝰ aspiratio est cum quadã rascatõe ac si quis vellet exercere cũ voce

Item habent aliam quam vocāt hayn cui⁹ aspiratio est in gutture ac si homo haberet nauseam duarum primarum sonos variant per oēs voca-les cum additione notarum. z per primum scribitur hameme que est amomum. per secundā chaschas qō est papauer. p tertiam vero barbar qō est iuniperus z bauge.

Habage ebur liber de doctrina.

Hare ara. thimus vt patet per concordiam huius capituli apud Aui. cum ca. Hya. de thymo. Item Aui. ca. de epithymo virtus eius inquit est sicut virtus baare verum est debilior eo. Joā. Seraca. de retentione menstruorum dicit q nominatur alsoua Aben Alsehue libro de laxatiuis ca. de are dī inquit q est mater epithymi z ita ē sine dubitatione. nam eius descriptio etiam concordat cum Hya. ca. de thymo.

Hab arabice est granum cuiuscūq; arboris inde inscripta.

Hab demest granuz lauri qō ēt hab algar dī.

Hab nil granum indici.

Hab albarbar granum iuniperi.

Hab elras granum capitis z est staphysagria z vocant ita pp excellentem virtutem quaz habet in caput purgijs.

Hab basir granum viride z est fructus terebinti.

Hab elmeluch idest granum regum. z vocant ita multi arabes ceratum quia habent de ipso inopiam z similiter vocant semen mendana de qua infra.

Hcalia Ste. ē calebuz p calib vt apud. A. vī cub qō melius est.

Hcharcharach ara. piretrum. archaba alicubi scripsit Ste. alibi barcharebaba.

Hachar semina supra in agrostissa.

Hachib ara. calcaneus.

Hacrab ara. scorpio.

Hadbab arabice licium qō z calcule etiam ⁊ grece lithyos.

Hadham ara. ossa.

Hadeds ara. lens lenticula.

Hadid ara. ferrum.

Haberis ara. sericum.

Hafir ara. tibia.

Haff ara. galla.

Hagel ara. pdix liber de doctrina greca.

Hager ara. lapis inde hec.

Halbezard idest lapis liberans vt tyriaca zc̄.

Halcamar lapis lune.

Hactamach lapis.

Halliendi lapis iudaicus.

Hallezanclarel lapis lazuli.

Halmeses lapis in quo acuitur. s. cos.

Halachil lapis corneolus.

Halsfengi lapis spongie.

Halsechisa lapis pontificis.

Harmeni lapis armenus.

Halmetani lapis vesice.

Halrebegi lapis molaris

Hyacor lapis iacintinus.

Hiulo margarita.

Hagnites magnes.

Harchasite lapis marchassita.

Humbebigi lapis smerillus.

Hebeni lapis lacteus.

Hain ara. oculus z frons.

Hayneb arabice vua.

Hayneb althalebeb arabice vua vulpis z est solatrum.

Halchabat apud Alliaba. p terbentina arabica aliquando inuenitur.

Halek li. de doctrina arabica sanguisuga.

Halib ara. mulsum liber de doctrina arabica.

Halibium Aui. puto q voluit dicere yringiū. duo er eo facit ca. vnuz hoc aliud qō scribit attracisus sed in arabico est astaraticos et vtrunque est yringum.

Halijam z halin vt Auicen. z alauatim vt idez omnia corrupta sunt z est pulegium Auicen. non facit de ipso proprium ca. sed z confundit sermonem de eo cum sermone de calamento in codez capitu. z de origano z mentastro vt supra in calamitis.

Haliligi ara. mirobalani.

Halimon Dli. hec planta ex hoc nomine non est parui erroris apud auctores. alij enim fructicem dicunt esse densuz candidū sine spina folijs olee sed mollioribus. coqui autem ciborum gratia. alij olus marinum esse dicere salsum z inde nomen folijs in rotunditate longis laudatuz in cibis duorum preterea generum silueſtre z mitius silueſtre tenuiora folia. Craterias etiam tertium genus tradidit longioribus folijs odore cipressi nasci sub edera marine zc̄. videtur ex descriptionibus eius prioribus z virtutum eius q sit creticus z cetera.

Haieth infra in hanri.

Halium arabice sparagus z est a greco. naz Dau lus capitu. de cura epaticorum helium asparagū dicit. Item Aleran. capitu. de emigranea helio sparagus dicit z in alijs libris de greco translatis inuenitur hoc nomine. non est differentia apud arabes inter. a. litteram z. e. Item aliquādo arabes imitantes aliud nomen aspagi dicunt.

Hailtith arabice asa que grece lasar dicitur. Item apud Auicennam aliud capitulum de balsib inuenitur expositum quod est medicina inda similis hermodactilo. Sed in arabico scribitur balbid.

Halzum ara. limatia.

Hambair ara. ambra.

Hameati arabice volūt dicere kameactis est ebulus.

Hameme ara. amomum.

Hamam ara. crobeker est columbus.

Handebuh arabice tela aranee.

Digitized by Google

Handacocha ara. plures habet ſpecies. Bya. tria de ipſa facit capi. duo ſub hoc nomine lothos. z vnum de trifolio. cum duobus predictis concor dat Sera. auctoritate Bya. tertium de trifolio obmiſit. Aui. vero totum in ca. de handacocha collegit quicquid Bya. i illis tribus ca. dicit ego querens a quadam ſaracena de aleſſatis ſciola i herbis quid eſſet andacocha oſtendit mihi quã dam ſpeciem trifolij molliorem alijs z albidiori bus foliis z minutioris haſte. veritas tamen ẽ q̃ andacocha z trifoliũ idem ſunt. herba tamen q̃ vocatur planta leonis z herba flaura eſt ſpẽs tri folij z eſt illa ꝺ qua magis ꝓcquitur. Bya. i ca. de trifolio de qua dicit, q̃ hꝫ odorem aſpalti infra in tri. Z. aliud ca. facit quum de trifolio z tarifo lon ſcribitur. ſed in arabico trifoliuꝫ bẽtur. Ste. trifolium hẽdacochum ſcripſit.

Handebeliſamũ vel hendebiliſſimuꝫ in. ij. ꝓatice Aliaba. ꝓ riloballſamo ſcribitur.

Handal ara. colloquntida. Ste. hanſalum ſcripſit.

Haneb ara. iuiube.

Hanſel ſupra in aſ. il.

Hanul ara. bircus.

Haniri ara. ſerpens liber de doctrina ara. ſed apud Aui. baieth.

Haud lignum aloes Ste. verohaudem ſcripſit

Harbar ara. iuniperus.

Harach ara. ſudor.

Harbatum ara. apꝺ Aui. z ꝺ argaſtus z eſt planta que a Bya. vocatur ſonchitis. quid ſit ignoro in fra in lo.

Herbe apꝺ Auicen. ẽ animal venenoſum ova faci ens venenoſa.

Harcacharach in. ij. ꝓatice Aliaba. eſt piretrum ſꝫ harcathacha melius.

Hardelum Stepha. ꝓo aniudem quod eſt ſulphiũ ſcripſit.

Harmel ara. eſt qꝺ apud Bya. vocatur moli vl ar mola in ſine ca. de rura cuius ipſa eſt ſpecies. eſt inquit alterum genus rute que naſcitur in mace donia z in galatia alie quam moli cines appellãt fructer eſt ex vna radice multas virgas habens lõ giora noſtra ſed molliora z odorem graueꝫ habẽ tia z florem album z capita maiora quam noſtra in tribus partibus diuiſa huius ſemen obruffum z trigonum amarum. z hoc Autũpno tempore colligitur quam rutam multi armolam vocant. Syri vaſaſa. Capadoci moli dicunt. q̃ z ſimilis moli eſt. naſcitur locis humidis z cultis z cetera. vt Aui. z Sera. de armel auctoritate Bya. ꝺ iu mamento qꝺ facit viſui. Item Aui. ca. de ruta ſilueſtri ẽ inquit vehemẽtioris magnitudis q̃ ar mel. Item idem in. v. ca. de ſcelite inquit vena rum alefind z ẽ armel alba z̃ẽ. dicit ergo hec aut q̃ habet ſpecies aut cõpat rute agreſti q̃ ẽ nigri or vt ſupra. Ste. muli ꝓ molo, ẽ armelũ ꝓ armel

Harna ara. porcelliones vermiculi q̃ morantur ſub vaſis aquarijs z ſunt pui lati qui tacti inflectunt z ſiunt vt pillula.

Harnoch ara. grue liber de doc. arabica.

Haron Pli. ſed de ipſa ſupra in aron. quia Bya. ſine. h. ſcribit.

Harſas ara. vel harzof quod riclius eſt ſecundum iudeum ſpecies cardi. cunchar vero ſpecies ei⁹ verum in libro de doctrina arabica harzof ẽ ipſe cardus.

Harceman Aui. in. ij. cano. dicit q̃ eſt granuꝫ cui⁹ virtus eſt ſicut virtus ordei immo ipſe medium eſt inter triticum z ordeum z ipſius ſanich z plu res ſũt magis ſtiptice q̃ ordei. Ste. in ſyn. ſcri pſit bartemũ z dixit q̃ in greco vocat ſubomõ. in Alhaui exponit q̃ eſt ſpelta

Haruch. Ste. ꝓ hauroch ſcripſit ẽ curcuma Albẽ meſue haruch.

Hareſana ſupra in dipſacos.

Harua ſupra in guadai z infra in porcelliones.

Haſce ſupra in haſee.

Haruſet ara. muſtella li. de doctrina arabica que ẽt firan dicitur.

Hafabetrai ſcripſit. Ste. ꝓ virga paſtoris.

Haſeb ara. neruus

Haſech ara. ſi inueniẽ ſed melius harech eſt tribu lus maximus vt patet ꝓ Ste. z Aui. z in ſecũdo Almanſoris poſt armel.

Haſekti ara. eſt cameleonta vt apparet ꝓ Auicen. ca. de bedeguard. dicit enim eſt ſimilis abaſeketi albe. z Byaſcori. dicit q̃ ſimilis eſt cameleonte albe.

Halcix alzuzegi ara. herba vitri. nam haſcix herba zuzegi vitrum z grece ꝓdichiados z perdiculi zẽ pitaria.

Haſtor ara. auicule parue.

Haſſur ara. crocus ortulanus quo firicum tingitur Auicen. vnum facit ca. de ipſius herba que aſſur ꝺ. aliud de ſemine quod cartami vocat cartam arabice.

Hafialraby. arabice virga paſtoris haſabetrai Ste. ſcripſit.

Haſel ara. mel Ste. aſelum ſcripſit.

Haſrem ara. agreſta, vua acerba ſed Ste. helſerez ſcripſit.

Haſſer z bezertaſam apud Haliabatem eſt vitis alba.

Haſſurum ẽ hauxeer de quo infra in hau.

Hataleceł Ste. eſt inquit portulaca

Hauden ſcripſit Ste. ꝓ ligno aloe.

Hauked ara. aquila.

Haurelch ara. glucten ſed Stepha. alac z alibi ala cum ſcripſit.

Hauleich ara. rubus.

Hauroch ara. curcuma. haruch aliqñ inuenitur vt apud Aben Alſeſue

Hauſel ara. ſquilla ſed Auicen. imitando grecuꝫ a ſchõ dixit.

Haurum ſed fm arabicum haur Auicẽ. de eo duo facit capitu. vnum de haurum cuius cõſonat ca-

Digitized by Google

Bya. de populo arbore. aliud de baurum roma
num cui consonat ca. Bya. de agyros qō etiam
exponit. Bya. q̄ est populus arbor. z Aui. dicit
q̄ est acibiros volens dicere agiros. sed in arabi
co est acbiros cuius gūmi vt dicit Aui. ē karabe
due igitur videntur esse species huius arboris.
Una calide complexionis. Alia frigide sicut per
virtuosa tertium colligitur. q̄ q̄ apud Bya. ca. ō
agiros sit permixtus cum alio ca. cuius error vel
a translatoribus vel a scriptoribus processisse q̄
bibetur per testimonium Sera. et dictu Bya.
in vtroq; ca. Aliud preterea ca. facit Aui. ō hac
eadem qō incipit Nurromana dī actuses sed i
arabico est acchiros zc̄. idem sicut ō baurum ro
mi. z hic error contingit ob similitudinem litte
rarum huius nominis baur z ieum qō est nur q;
non differunt nisi in punctis. Idem error fuit et
ab eadē causa in ca. de karabe vbi dī q̄ est gūmi
arboris dicte nur romana. z ōbuit dicere eē baur
Idem est error in synoninis Ste. agiros inquit
est geum romi. i. nur gallica vel romana vbi erat
ieum debuit esse baur z infra in karabe.

Banfigi ara. vel hausegi rānus vt patet per concor
diam Auicen. Bya. z Sera. exponitur tamen
apud Auicen. q̄ est rubus in aliquibus exempla
rijs falso. nam rubus vocatur bauleich vt supra
z ipse immediate super fecerat ca. de rubo. Ste.
ausegum scripsit.

Baurer Aui. ca. facit qō scribitur bausarum. sed in
arabico est baurer est lacticinium quoddam sup
qō inuenitur zucarum de quo zucaro Aui. facit
speciale ca. post ca. zucari immediate. z in Sera. in
uenies in ca. de zucaro. Capitulum autem illud
qō in susurum eodem modo scribitur in arabico
sicut planta dicta. s. aurer. z in illo ca. videtur lo
qui de eadem planta z cum hoc de arbore quam
Bya. vocat tarus sub cuius vmbra dicit dormi
entes periclitari. apparet igitur hi confusi illorū
duorum capitulorum alioquin esse mirandum.
qō dicit. s q̄ est species illius aurer sub cui⁹ vm
bra morientur sedentes sicut dixit Bya. de taro
qualiter esse possunt vnius speciei. naz aurer est
lacticinium z tarus arbor magna vmbrifica zc̄.

Baze inquit Auicen. est zuffere z addinarinar ipse
tria de eo facit ca. iuxta eius tria nomina. naz sub
lfa ba de baze. sub lfa vel ō dinar. sub lfa zan de
zafare vbi plus de ipsa loquitur dicens q̄ est silis
rute nec icio ipam.

Bazezalfachir ara. est epatica que sup lapides ma
didos oritur apud Bya. licena vocatur de qua
infra in li.

Bayer ara. serpens sm Aui.

Beagi ara. culex.

Becropion Bemo. hectropion inquit refractio
aroz euersio palpebre inferioris ad exteriora que
fit aut senectutis debilitate aut palysi aut anguli
maioris rupto iterius augmēto cōstituto aut im
portuna ptiū icisura aut exteri⁹ cicatrice ꝓstituta

Bedicorion Theo. Ꝑsi. li. de simplici medicina.
bedisco: on qō appellat pellecin⁹ huius fructus
semen colorem quidem russum habet et vtraq;
pte acutum est quēadmodu; bipēnis quas greci
pellecas vocant amarum quoq; z sapit cum zc̄.
Aui. adrumulon est medicina que nominatur bi
pennis hz duas acies sicut bipēnis zc̄. in arabico
vero androsaron scribitur liber antiquus hedisa
aron qō vocatur elicinus. Ste. vero in synōimis
ydusarum est adesum agreste.

Bediſmata z stigmata greci vnguēta odorifera vo
cant. Ꝑlinius.

Bedrimon in. vij. Jo. Sera. ca. i. est iuleb

Beifistidos ara. ypoqstidos post grecum.

Beil z beilbace idem z est cardamomum maius vel
cardamomi spēs vt pz per Serapi. ca. de carda
momo.

Bciabelem ara. sempuiua Stepha. belelealez scri
psit.

Beyregi in pratica Alliaba. inuenitur exponitur q̄
est turbit.

Belba scripsit Ste. alibi pro bulb quod est senuge
cum.

Belbeeli in secūdo pratice Aliaba. ca. de succis ex
pōitur q̄ est fer vini albi. bebeheli inuenio ca. s.
de febre continua si infirm⁹ est inquit debilis vel
assuetus in sanitate multo cibo vel bis in die ci
bari bebeheli aquam bis in die dabis zc̄. quod sit
considera.

Belbel nili Aliabas capitu. de ypocistidis granuz nil
sed albelnil debet scribi vel dici.

Belcima Ꝑsli. sic vocat. g. scoziam argenti supra i
belcimatos.

Belenium non est belerinuz qō est enula Ꝑlini.
belenium e lacrimis Helene dī natum z ideo in
belena insula laudatissimum est autē fructex bu
mi se spgens doctantalibus ramulis folio simili
serpillo zc̄.

Belfa dixit Ste. q̄ ara. vocatur id qō. g. agyraton
supra in agyratos.

Belkalimbar. i. terbentina.

Belicem Ꝑsli. sic vocat in asia speciem salicis hu
iuris status.

Belisoides vocant greci tunicas quibus vestiūtur
nerui testiculorum z vene z arterie que cum eis
descendunt z est alba nervosa sine sanguine sup
eam valentior tunica. alia est que in interiori ve
hementer vna parte inhereret orchion vocant.
z cetera Cozne.

Belilegum Ste. aliquando mirobalanum vocauit
eliligi mirobalani

Beliocbuso Ꝑsli. hz florem aureo silem foliuz te
nue cauliculum quoq; gracilem sed durum.

Belisine Ꝑsli. rara vita ē nec in oibus terris est ra
dice soliosa ex qua medis veluti malum eruberat
cōtectum sua fronde hui⁹ verter tūmus lacrimā
continet iocūdi saporis vel acbanticem mastice
appellatam.

Digitized by Google

Helix fm Bya. z Pli. etiam vocatur tertia spes edere supra in ciscos.

Helxinen. Pli. alij perdicium vocant eo q perdices libenter eam comedunt. alij sideritem. nonnulli pthemium vocauerunt. folia hz minima similitudinis plantaginis z marubio cauliculos oblongos leuiter rubentes scia in capitibus lapaceis adherentia vestibus vnde z elixinam dictam volunt. sed nos qualis vera esset elixine diximus prioribus libro. herba autem inficit lanas zc. deinde addit pdicion siue ptemon. nam sideritis alia est a nris herba vrceolaris vocata zc. describens pitarias z ostendens q supradictra non recte vocatur elixine z ostendens q pitaria non est sideritis vel sideritis quãuis a quibusdaz sic vocetur. alsine vero vocatur pitaria vt supra in al.

Helos vicus oculi vt infra in vicus.

Helitus Ste. pro altith qõ est asa scripsit alibi helice scripsit.

Hemama Ste. p amomo scripsit.

Hemaze actere gi apud Aliaba. videtur sonare acetositas citri.

Hemerocales aut catalepton vel bulbus ematicus Bya. folia hz hastata q similem lilio in initio cũ se ceperit apire flores lilij ostendit tres vel quatuor. sed postq̃ floruerit viridem facit colorem bonum z odoratum. radix eius in imagine ẽ similis bulbo sed paulo minor. Plini. hemorogales pallidum est z viride z molle folium habet radicẽ odoratam z bulbosaz zc. Ste. ymerocales ẽ species sufani p fusen qõ est lilium.

Hẽne infra in sinapi.

Henis z banis ara. cicer.

Hendachochũ p andacocha scripsit Ste.

Henelimone. g. apud Las. fe. exponitur prurigo. sz in li. de doc. gre. kneſmon habetur.

Henidridis Pli. est serpens masculus albus.

Henier pũger qõ est vrtica scripsit Ste.

Hẽta ara. frumẽtum qõ z boz dr.

Heraclea vel eraclia siue planta aliqua siue gẽma siue vrbs siue passio ab Hercule nomen accepe runt eracleam. nãq antiqui epilensiaz vocabãt eo q Herculẽ sepe ab ea infestatũ fuisse traddũt.

Heraclea hoc nomen multis plantis attributũ fuit vt supra in er. que nomina quãuis sine aspiratione inueniãtur. melius tñ cum ipsa scribũtur.

Heraclion Pli. ab Hercule inuentuz dicũt caule digitoruz quattuor altitudine flore purpureo foliis coriandri. iuxta lacus z amnes inuenitur zc. Item alibi heraclion tria genera habet nigri° lactioribus foliis glutinosum. alteruz exilioriboº molioribus in succo non dissimile qõ aliqui prassion vocauere. tertium hoc est medium est minus q̃ cetera efficax. optimum creticum. nam z iocundum olet proximum smirneum deinde eracleoticum ad potũ vtilius qõ optimum vocant zc.

Herba iudaica exponit. A. q est herbũ in secundo.

Herba fulonum supra in borit.

Herba ficaria infra in millemorbia.

Herba micaria in spondilion.

Herba catholica vocat a quibusdam laureola.

Herba sancti Jo. ipicon ptorata idem.

Herbaturum fm. Ser. est peucedanum. apud A. vero vocatur bugenis vt supra. sz in arabico buyenis. y. s. vocali pfertur. Constan. vero herbaturum inquit est artanita sed de ipsa supra in ar.

Herba vitri vt in. ij. Aui. est pitaria vitriola. apud Bya. alsinem z pdition. sed greca herbaria vocabat pdiculi interdum pditiados Pli. herbaz vrceolarem vocat supra de ipsa in al.

Herba venti ingreditur in vnguẽto martiaton magna qdam scatũcellum vocant.

Herba paralisis in eodem vnguento.

Herba sancte Marie ibidem.

Herba tetrabit ibidem.

Herba muscata ibidem.

Herba sancti Pau. in ãtidotario vniuersalii quodam vnguento ad plagas.

Herba capillaris adiantum pollitricum capillus veneris idem vt supra.

Herba sceleratа supra in botrachium.

Herba cancri supra in crispula

Herba rabiosa supra in eliotropia.

Herba mularum infra in ratha.

Herba scripta infra in scolopendria.

Herba veneria achoraus fm Bya.

Herba flaura planta leonis trifolium maius andacoche species.

Herbilia legumen.

Herbũ oxobum idem. Bya. nascitur vt lenticula. seritur ẽt cuius aliud est palidum aliud subruffuz z aliud album zc.

Hercarion in. ij. practice Aliabatis pro ypericon inueni.

Herisa apud Aliabatem ca. de scropulis pro oriza greco qõ est rizi.

Herfum rasadum Stepha. pro borf quod est nasturtium.

Hermoclima Aler. ca. de diuturna epilensia est antidotum dictum ascendens aut tyriaca ab Hermete in antidotario vniuersali scripta.

Hermodactilus ẽ dictu. g. hermetis digitus By. sub hoc nomine coltico vr de hermodactilo tractare. nam hoc apparet per Sera. capi. de hermodactilo z per Bya. capitu. de coltico de quo supra in col.

Hermelum Ste. p hermel scripsit.

Hernia quando per rupturam sipbac in oseum descendunt intestina.

Herpes est hiomenus vlcus serpendo mãducans circum se. nam herpere id est serpere. estij grece vorar comedit.

Herpetas antiqui serpigenem dicebant Lassius felix araneas, inquit quas greci a serpendo herpeta dicunt. nos autem similiter serpigenem a serpendo z cetera. z infra. est z aliud genus herpes

quas greci centrias vocant. si quidem in superficie cutis pustulas minutas milio similes ostendit quas latini vulgo tineas verias vocant ⁊c̄.

Herpillum. g. serpillum illud grece boc latinum. hz Dya. quidam silymbriū herpillum vocabāt falso pura etc̄.

Hessa. Ste. p haare scripsit ⁊ est tbius.

Heseca idem pro baseeb q̄ est tribulus scripsit.

Heserem idem p afrem que est agresta succus vue acerbe scripsit.

Heserudarum et caulamalum exponitur in regali dispositione q̄ est galanga et casurudar dicit vt supra in ca.

Hetercatura. Ste. est psium puto corruptū. nam basara catuma vocatur.

Hetigonon Plin. herba ab alijs scorpion vocatur propē similitudinem radicis cuius tactu moriūtur scorpiones.

Heueri farina apud Alliabatem videtur ordei ca. ō febre ethica.

Hezez et hezaze in medicinis oculorum apō Alliaer in secūdo de simplicib⁹ medicinis eiusdem hezeza et hessa et inuenitur pro badbabab quod lirium est.

Hezeribare ara. vitis alba vl spēs eius vt Alui. pro pio ca. vbi dicit q̄ de ipsa loquitur in febre que est vitis alba.

Hiberida Pli. inuenit nuper seruilius quā Democrates primus medentium appellauit biberidam q̄ q̄ ficto nomine inuentioni eius assignato carmine. nascitur maxime circa vetera monumēta parietiasq; et inculta itinerum. floret semper folio nausturtij caule cubitali semine tā par uo vt vix aspici possit radici odor nausturcij vsus eius estate efficatior et recenti tantum etc̄. que de sceitaragi dicunt arabes in sciatica Dau. et yberidam sine aspiratione quorundam relatu ad sciaticam laudat de qua infra in ib. Hec videtur quam nausturtium agreste nominamus. verum Dau. asserit se magis agnoscere alias huic egritudini conuenientem quam; describit in formam sceitaragi vt infra in yberidos vtriq; tñ inesse vt hec operatio.

Hibiscus altea.

Hiera liber de simplici medicina antiquitus herbena.

Hierob Dya. virga est porrecta virgultis vltra cubitum geniculosis cum foliis per interualla distātibus tanquam quercus incisis ⁊ subalbidis et cetera.

Hilbane supra in cardamomo

Hidros Cor. celsus est species saniei tenuis subalbidi coloris ex malo vlcere oriens marie vbi neruo leso inflatio secuta est mellitia vero grossior ⁊ glutinosa subalbida melliq; albo sublimilis fertur ex malis vlceribus vbi nerui circa articulos ⁊ iter hec loca marie ex genibus. eleodes vero tenue subalbiddum colore ⁊ pinguedine oleo albo non dissimile apparet in magnis vlceribus senescentibus ⁊c̄.

Hymene infra in menoes.

Hyenchos Pli. est duorum generū caule vtroq; albus ⁊ niger lactuce similes ambo nisi cēnt spinosi caule cubitali anguloso intus cauo sed q fractus copioso lacte manat ⁊c̄.

Hyosoris Pli. intubo est similis sed minor atque tactu asperior ⁊c̄.

Hipateram dissenteriam dicūt greci epaticam vt Dau. ca. de dissenteria

Hipbear apud Pliniuz est species visci amari saporis.

Hipecon Dya. nascit in tritico ⁊ locis cultis folia habet rute lisa astam hz minorem ⁊c̄.

Hipegon Pli. in segetib⁹ nascit folijs rute ⁊c̄.

Hipericbision collirium aptum ad vngendū Cassius felix.

Hipericon Pli. scribit sed de eo infra in. y.

Hypocistis ozobotron a quibusdam dictū malo granato imaturo similis nascitur vt dixim⁹ sub cilio vnde nomē. duo genera eius cādida ⁊ ruffa vsus in succo spissat siccat ⁊ ruffa magis ⁊c̄. Pli. ⁊ infra in ypo.

Hypogeum. g. subterraneū occultum vt spelunca ab ypo q̄ō est sub ⁊ ge terra grece in antidotario vniuersali in confectione dicta grisudermon.

Hypoglossa Plini. folia hz similia in figura foliis mirti silue stris concaua spinosa ⁊ bis ceu lingua folio puo exeunte de foliis ⁊c̄.

Hypopeston Pli. nascitur in spinis quibus siunt enee fullōie sine cauliculo sine flore capitelli trīm inanibus ⁊ foliis puis multis herbacei coloris radiculas hīs albas ⁊ molles.

Hyporis. g. aut anabasis, Dya. nascitur locis būidis ⁊ in monumentis astas habet ruffas ⁊ aspas ⁊ nodosas que aste quicquid vicinum habent illigant in quibus folia sūt acuta ⁊ tenera ⁊ iunco similia ⁊ spissa ⁊ sursum ascendentia. hec etiam aliquoriens de pariete dependet comis plena habūdantibus ⁊ nigris sicut cauda equi que sunt lignose ⁊ dure ⁊c̄. est cauda equina apud nos duas habz species. vna maior ⁊ asperior qua tornitores scifos polliunt ⁊ alia tornatilia aliquādo ypuris reperitur. hypuris alia Dya. comas minores hz ⁊ albas ⁊ molles ⁊c̄.

Hyposellinum grece fm Plini. smirnion vocatur infra in ypo.

Hypostumata grece suffusiones sanguinis ex ante cedenti percussione facte vt Cassius felix propio capitulo Demosthenes vero tararis vocat arabes tarfati.

Hyrcolus fm. Pli. vocat herba silis nardo gallico ⁊ ipsum cum ea adulteratur ⁊ cum ipso nascitur ⁊ cetera.

Hyrdon arabice fm Alhaui oī stellio vel ei⁹ spēs.

Digitized by Google

Hysatis oꝛ rubea tinctoꝝ fm Theo. Prisci. libro de simplici medicina.

Hysophiron vocant aliqui phaselion quoniam solinꝫ qꝫ anisso simile est in phaseoli pampinos torquetur capitella sūt in sūmo capite tenuia plena seminis melantij ꝛ cetera. Plinius melantium est nigella.

Hysoperide fasilinū semen virtutem habꝫ mirtaē est.n.amarꝫ ꝛ austere ꝛc̄. Theo. Pri.libro de simplici medicina.

Hitridatos albe semen Dau.ad acetationez cibi in stō ignoro quid sit.ꝛ scias qꝫ Aluic.in hoc loco Dau.imitatus precedentes ꝛ sequētes medicinas scripsit hanc vero preterijt vt puto ignorās quid esset.

Hyu grece viola vt Cas.fe.in collirio vocato dyaleuco hyu.i.de viola alba.sed liber ō doctria greca ion habet.

Holbe arabice fenūgrecum ꝛ sī dices bulbe non peccas.

Holcus Pli.in saris nascit ficcis aristas hꝫ in cacumine tenues culmo quale ordeū restibile.hāc quidam aristidam vocant.

Holisatrum qō yposelimon vocāt Plini.ꝛ infra quartum genus ex eodem faciunt horoselinum de bis in suis locis.

Holosidera spatula idest ferrea Theo. Prisci. capi. de hernia.

Holostheon Pli.siue hiritia est herba eraduerso appellata a grecis sicut fel dulce tenuis vsque in capillamenti speciem lōgitudine quattuoꝝ digitoꝝ ceu gramē folijs angustis astringens gustu nascit in callibus terrenis ꝛc̄.

Holus fatuū supra in bachleanica

Holus iamenum blitus.

Holus benedictum est portulaca. Joan. Sera. in pluribus locis.

Horchis Pli.siue seraphis porri caule palmeo flore gemina radice testiculis simili.quidaꝫ folio scil le esse dicunt leniori ac minori caule spinoso.ꝛ infra statim describit satirion quasi aliam herbam ab hac.

Hox arabice nasturtium scito qꝫ in.v.pratice Jo: Sera.de prohibendo aborsu circa finem ē quedam cōfectio que incipit.ꝛ.cere dragmas.x.ꝛc̄. ꝛ vbi habetur nasturtij in regali dispositōe Alia. eodem capi.ꝛ eadem confectione habetur teste figuli.ꝛ hic error contingit a translatore propter similitudinem scripture.nasturtij enim sic scribit testa vero sic ꝛ vocatur hazef.non enim differunt nisi in punctis.tu vero iudica qꝫ est cōueniētius. Ste.oxfum scripsit.

Horoselinum Plini.quartum genus apij faciunt oroselinum alio fructice recto semine cumino simile ꝛ ceta.

Hucha scripsit Ste.p furfure.

Huegi in pratica Aben Mesue capi.ō spalmo.ē acoꝝ sed oegi melius.

Huleich ara.rubus.

Humach arabice acetosa lapatium. Step.humasum scripsit.

Hundebe ara.endiuia latine tuba.g. Ste.cicoriō vndeba intuba.

Hulbe supra in fenugreco

Hunesum scripsit Stepha.pro cinere que benis vocatur sed forte benosum babebatur et coꝛruptum fuit ꝛ cetera.

I Habēt greci duo vel tria hꝫ modernos.nam.i.quam ita vocāt sonare faciūt.i.ātiquivo scōm qꝫ Prisc.testat.e. longū sonare faciebant propterea ipsam eta vocant et translatores latini in.e.latinum semper mutabant.per hanc scribitur ilios qō est sol eliotropia ꝛ similia. aliud.i.vocatur iota cui semper superscribuntur duo puncta sic quando in diphthongo non cadit.aliud vocatur.y.psilo qō est dictu.i.tenue qꝫ vocetenui profertur cui etiaꝫ duo puncta superscribuntur sic nos.y.grecum vocamus habēt tres diphthongos que semper.i.sonant.vna cōponitur ab.e.ꝛ iota cuius hec est figura. alia ab.o.ꝛ iota tertia componitur ab.y.psilo ꝛ iota. cuius hec est figura .hoc sciendum est qꝫ nūq̄ y.pro consonante apud grecos accipitur nec ēt apud arabes.nam arabes vnum.i.solum habēt quānis vt supra dictum est aliter interduꝫ sonat. i.ꝛ.e.ꝛ.o.additis notis.

Jabadde ara.polium Ste.iabada dixit.

Jabroa ara.mandragora sed apō Alui. aliqñ iabrot inuenitur non recte.

Jacintus Dya.herba est que florem purpureum habet ꝛ radicem similem bulbo. Jn vero Dyacyntus.i.margaritare folia hꝫ bulbo similia astaꝫ duoꝝ palmoꝝ ꝛ tenuē digiti minoris habēs grossitudinem comam viridem habens ꝛ gibbosam florem hꝫ purpureum radicem bulbo sibi simē ꝛc̄.est ēt gēma q̄dam sic dicta.

Jacot ara.lapis iacintus.

Jamblicu. Dau.cap.de idropisi ꝛ iamblicu iquit obsonijs admisceant ꝛc̄.

Jamen prouincia vnde quandoqꝫ reperit iameni vel aliamen ab ea.

Jamia grece curatio medicamentū ꝛ iasis therapia idem.

Janus ara.bubalus

Jatemon exposuit Ste.qꝫ est bebunegum,p bebo nigi qō est camomilla.

Jantum vel ientū ut in.iiij. Gal.de simplici medicina vbi numerat quedam que non hꝫ gustare est psia vt apparet p Sera.ca.de tapsia ꝛ infra vocant ipsum gingizerd.

Jarierd Jo. Sera.in.vij.suffuf.ad impinguandū

est semen asonanti.i.saffasa.
Jarus barba aaron vocatur q̄ z pes vituli dr̄ z serpentaria minor z dracōtea minor
Jasis.g.z akesis z therapesis medicina sanitas.
Jaspis gēma lapis pr̄ciosus multas hz spēs.
Jatut ara.pinus masculina
Jatricos.g.medicinalis.i.vocali zc̄.
Jatros medicus pollidarius.
Jatrema.g.medicina in his oībus a medicina venientibus.i.vocalis est.
Jatria.g.medella curatio remedium medicina.
Jausemin ara.vel ieusemin.i.zambach sambucus dicta corrupte tamen.
Jausur ara.opoponax.
Jaxiron scripsit Ste.p iausir z alibi p iausiri.
Jberidos herba que ara. dicitur teitaragi ℔aul. ca.de siatica.pfecte ät eos regescere facit yberidos herbe vsus quā z lepidū alij vo agricardamū appellant q̄ est apud nos.nascitur fructer proxia lauro folijs z maiora multū hīs zc̄.z infra in lepidum z in sceitaragi vult hic ℔au.q̄ quidam nasturtium agreste dixerunt esse hanc herbam sed apud ipsum est alia cui⁹ folia describit z mihi ostensa fuit tali folio vt dicit que apud grecos vocatur vulgo sarcofagi.i.carnem comedens eo q radix eius fistulas comedendo curat
Jbiscus cuiscus althea idez Cas.fe.in antidotario ca.de dyaquilon zc̄.
Jbleon apud ℔ya.ca.de melle est spēs mellis.
Jbos.g.gibus giboſosus yuos pferunt.
Jcor.g.humor ycores humores liquores ide icroides.i.humorose.
Jcteritia dicta ab aue icteri crocea colore ℔lini. ycterus vocatur auis a colore que si spectet ab icterico sanari id malum tradunt z auem morbum puto vocari auem galgulam zc̄.hic regius morbus z arcuatus antiquitus dicebatur.a colore vero auri hanc auriginem vocant.arcuar⁹ autem morbus dicitur ab arcu propter colorum varietatem.liber de doctrina greca.ikteros gerāsos ictericus q arcuatus z regius latine dr̄ alfus z aureus z cetera.
Jctericos grece ictericus qui z icteridos etiam dicitur.
Jctiocolla grece apud ℔y.ichthiocolla quod dicr̄ venter est ceti piscis sed vtilior que in pōto fit alba z grossa z non pertusa z citius se voluens zc. est colla piscis ab ictrios qō ē piscis dicta de multorum piscium intestinis fit bodie.
Jctis.g.piscis.
Jctidion pisciculus.
Jctinos.g.miluus auis.
Jdam ara.pulmentum.
Jdaros.g.aquaticus.inde ydasmus humor ydropicorum.sed melius p.y.scribūtur.
Jdea ℔ya.folia hz ormirsino similia.cui aste sūt cum floribus.radix eius stiptica est valde necessaria locis qbus stiptico medicamine ē opus zc̄.
Jdema grece inflatio tumor per oi diphthongum scribitur.
Jdromel infra in mellicrato.
Jdor.g.aqua inde ydropisis z alia.sed q: melius p y.scribr̄ infra queratur
Jdros grece sudor liber de doctrina greca ide ydrosis sudario.
Jebzene Ste.p iabzoba q̄ est mandragora.
Jeiunum intestinum est fm a ſtō.s.post duodenum sic dictum eo q semp vacuū inuenitur.
Jelet eltraim scripsit Ste.p barba yrcina vel ypoquistidos qō sit ex ea imo ex fungo q in radice ipsius oritur vt infra in ypo.
Jelben vel iulben in Albani exponit q̄ ē spelta.
Jelbub supra in albulbub.
Jelnarum scripsit pro iulinar qō balaustia est.
Jentum ara.ē tapsia vt supra in iantum.
Jera.g.i.sacra inde yerapigra.i.sacra amara.sed pikra dicunt greci z yeralogodion.sed logodion dr̄ grece p.i.vocale scribi z proferri debet ita q iera sit trisillabum.
Jerabotani vel votani vt grecus profert est dictu sacra herba z est berbena.nam antiqui in expiationis templis z sacrificijs deorum z in adiurationibus confederationum hac herba vtebantur.vt in primo Titi liuij apparet.vnde romani segmen i.sacra rami eam vocant apud ℔ya.vero gerabotanum scribit post grecum.
Jeraboranum ℔yal.quam multi peristerion vocant virgas habet cubiti longitudine z amplius angulosas.in quibus folia sunt in circuitu similia dri sed angusta z paucas incisuras hīs in giro sit alba radices oblongas z tenues
Jera ficaria inuenitur apō Alliaba.in mltis locis p ierapigra z ceta.
Jerar grece astur fm kiranidam vl accipiter vt in li.de doc.gre.i.vocali non cōsonante.
Jergir ara.eruca.
Jerad ara.locusta liber de doc.ara.
Jerdbe ara.panis valde mollis.
Jerebotanum vel vt apud ℔ya.ierabotanum herbena vt supra
Jetua arabice nomen generale omniū septem speciorum titimali quas ℔ya.describit fm Auicē. in secundo cano.quārtis Joan.Serapi.in tertio capi.de laxatiuis simplicibus dicat q̄ est species mezerion.
Jeuguers arabice vel geguers quidam exposuerūt q̄ est milium sed ipsum vocatur arabice dochon videtur esse genus ed milium z panicum z scaiolam que omnia vnius virtutis esse videnť z propterea Auicen.videť de his vnum facere capitulum in ge.
Jeusir vel iausir ara.opoponax.
Jeum ara.nux supra in ge.
Jeum bane vel bace ara.nux muscata.

Digitized by Google

Jenum alke ara. nux vomica.
Jezar ara. bautia iezarum scripsit Step. exponés daucus agrestis.
Jsson Dya. multi cameleontā nigram sic vocant
Jgia grece quedam confectio in antidotario vniuersali z est dictu sanitas valitudo salus incolumitas per. y. tamen melius scribitur z cuz diphthongo enim scribunt.
Jgidion vel vt quidam giugidion est fumus terre. Dau. capi. de sanie oculi quam ypopiaz vocāt igidium posuit z Auicen. eodem capi. allegans Daulum z eadem scribens medicinā vbi paulus igidium ipse fumus terre posuit.
Jgil supra in fefelisis.
Jgnida acalife vrtica idez. sed gnidion dicūt greci.
Jgnis sacer plura sunt genera inter que est mediuz hominem ambiens qui zoster vocatur z enecat si circum cinxerit Plini. vulgares apud nos cingulum vocant z sunt pustule pue rubee igneam punctionem inferentes.
Jgrassia. g. humor p. y. humectactio
Jgrocollerium Laf. fe. de egritudinibus oculoruz z etiam Alexan. eodez casu ab ygros infra. sed p y. melius.
Jgron. g. sudor sed p. y. melius
Jgros grece viridis limpidus purus preclarus liqdus madidus rosidus humectus humidus sed p y. melius.
Jllafeos quidam exposuerunt bardañam que z lappa maior in antidotario vniuersali i mitridatico magno vocatur.
Jlion dicitur intestinum longius aliis tertium superiorum gracilium inuolutuz multis reuolutionibus in quo fit illica passio que illiodes z illidis grece dicitur apud Alexandrum ab hoc vocantur falsitie cauponum ile fm grāmaticos
Jlliridos Dau. ca. de maculis faciei.
Jmbrilis aqua ab imbre dicta. i. pluuialis in collirijs conficiendis apud Demoste. z alios plures anti quorum iubetur apponi.
Jmbromidari Alexan. ca. ō dissenteria. si cum febre fuerint inquit vlcera imbromidantur z sordidantur zc.
Jmere grece dies inde ymera criseos idest dies creticus.
Jmmosponē. g. vocatur psilotrum qō ex arsenico z calce viua conficitur idem alchilleia latine dicitur fm Dya. ca. de arsenico.
Jmolopes. g. cicatrices molops cicatrix.
Jmpetigo Cassius felix greci lichenas dicūt latini zennas. nascuntur ex mellancolico humore rotū do scemate in superficie cutis cum ingenti prurītu z asperitate zc. cū in petingo ipsa serpere cute i. ambulare ceperit serpigo dr
Jnantum grece componitur ex ynos quod est vinum z anthos flos quasi flos vini. est enim flos vitis maxime agrestis interdum enantum inuenitur.
Jmbemon vocant. g. medicamen quod ex lacrimo olearum in maritimis arabice nascentium confi citur fm Plini.
Jncardium interior pare seu medituliuz cuiusque rei vt Theodo. Priscia. ca. de infirmis corpori. z de oculis.
Jndanicum ferrum. i. indum ab india zc.
Jndi mirobalani dicuntur nigri.
Jndicum Dyasco. species habet duas. Unam q̄ ex se nascitur. Aliud est spuma cānarum indicarum. vno infectores vtuntur z hoc florez purpureum habet z in eramine inuenitur vbi artifices purpuram tinguntˇ. siccatur autem in sole z i pillulas redigitur. est autem optimum quod vehementer est ceruleum et quod cianeum et leue et cetera.
Jndicum autem nos communiter vocamus succum herbe que arabice dicitur nil. quo panni tinguntur.
Jneleon grece est compositio ex vino z oleo liber ō doctrina greca vinum z oleum aliquando corrupte inuenitur ineneleon vt apud Alexan. capi. ō flegmone stomachi.
Jnguinaria Plini. herba quam quidam artemon vocant inguinis dolores prohibet etiam manu tenta. inguinalis etiam vocatur asterion vt supra in ast.
Jnia grece fibre.
Jniuba vel ingiba arabice conditum aliquid vt zinziber yringi mirobalani z que cetera huiusmodi conduntur vt in septimo Joan. Serapio. proprio capitulo.
Jnomel grece compositum ex vino z melle liber ō doctrina greca.
Jnomeli multum inuenitur sepe in libris de arabico translatis onomel corruptum z hoc forte quia inos quod est vinum apud grecos scribitur per oi diphthongum sed proferunt. i. non oi z hoc nomen est grecum Cassius felix capitu. ō icteritia multum ex vino z melle temperatuz qō inomellitos appellant zc. Gali. ad glauconē ino mel ex vino z melle.
Jnos. g. vinum a quo supradicta per oi.
Jnōtes iam reperij p iontos vt apō The. Pri. vitio scriptoris puto zc.
Jnquimatizare. i. linire Alexan. de oculis primo capitulo. Item pro injicere Oribasius capitu. de vlceribus matricis.
Jnrinon grece ptarmicum sternutatoriū. Oribasius capitu. de mundificantibus caput. z dicitur a rinos quod est naris quia per nares imittatur infra in ri.
Jnterion. g. colloquintida vt in libro de greco trāslato simili Almansori ex cōcordia vtriusqz capi. de qua in oculo.
Jntoxos vocaī smilax vt infra in smilax.

Digitized by Google

Intuba grecum est quod endiuia latinum z quod
būdebe arabicum vt supza in en. Pli. intubum
erraticam apud nos quidam ambulam appellāt
in egypto cicorium vocant quod silueſtre sit. sati
num autem serini q minus sit zc̄. z infra quidaz
propter singularem salubritatem ereſton appel
lant alij paucration quod silueſtre genus alij be
dirmoda vocant z cetera. Ste. intuba kicorion
bendeba intuba.

Inula campana sic vocatur a latinis quedam spēs
panacis que cbironia dicitur non enula que ē ele
num supza in el.

Iobolos. g. venenosus.

Iociner iecur epar Pli. in multis locis.

Iochoor. g. violaceus. ab qō est viola.

Ioma z ios. g. rubigo eris.

Ion Bya. folia habet minoza ab edera z nigrioza
in cozio astam habet in medio in qua capitellum
est z flos odoratus z purpureus nascitur in locis
umbrosis z asperis zc̄.

Iontos vel biontos cum. b. sunt pustule rubee seu
interdum albe que in facie z naso iuuenuz z ma
xime bibulozum nascitur vt pluribus libris anti
quis reperitur.

Ion. g. viola vt liber de doctrina greca. z etiam
p. o. mega scribitur Stepha. ios est beneffeguz
pro benessegi est viola

Ios grece plura significat. nam ios est venenuz vt
in psalterio greco vbi habemus venenum aspi
dum. Item liber de doctrina greca ios to farma
chon venenum virus. ios iderum rubigo ferri.
ios kalku rubigo eris. Item Dau. ios ferri aut
eris Stepha. ios calcu est gemarum eris. i. viri
de eris zimar zc̄.

Iouis barba a Macro vocatur semperuiua mi
nor.

Iouis flos planta sine odore.

Ioum quima scripsit Stepha. pro ieum alcbei z ē
nux vomica.

Iouis mataleum idem p nux methil.

Ioum bua idem p ieum bacce. i. nux muscata.

Ipericon herba perforata herba sancti Joan. qui
dam z scopam regiam vocauerunt sm Bya. sc.
tres habet species. sed quia per. y. scribitur infra di
citur de ipsa.

Ipia mozsus galline anagallus idem de qua supza
in an.

Ipnotica. g. sunt q̄ sōnium vel sopozem faciūt Gal.
ad Paternianuz zc̄.

Ippofaes Bya. aut ippofies vnde in oriente res
limpidantur. nascitur locis maritimis z arenosis
fructer est sarmentosa z tenues virgas habet fo
lia habet similia oliue sed angusta z mollia z acu
ta sicut oriacanta z albidioza z aguloſa z bina cō
iuncta super quas virgas flozes habz similes ede
re semen habet sic cum acina suspensa z mollia z
albioza colorez subfeniceū habet radix est ei gros
sa z mollis succo plena gustu amara exiccatur et
ipsa sicut tapsia succus collectus reponitur mari
me cum polenta berba siccatur in vmbza z repo
nitur zc̄.

Ippofestos Bya. nascitur in locis quibus z yppo
faes fiugen est spine fructer est spansa super ter
ram habet folia minuta z astas minutas z capi
tella sed non habet florem. radix est grossa z mol
lis folia exiccantur z succus ipse reponitur in va
se fictili zc̄.

Ippoglossos grece dictu equilingua. Byasco. ypo
gloſos fructer est mirte agrestis similis folia ha
bens minuta z comam spissam cuius folia i sum
mitate sunt sicut lingua cum ramulis minoribus
circa eadem folia zc̄. melius p. i. scribiſ q̄ p. y. in
fra in ypogloſsa a Plinio.

Ipoma. g. oestrum asillus.

Ippomaratro siue vt alij maratron agrion vel vt
latini feniculum rusticum maior est ipso feniculo
et semine z fructice radicem habet odoratam et
semen vt cacrios et cetera. Byasco. sonat equi
num feniculum.

Ippopios vel ypopia sm Dau. est sanies collecta
sub cornea oculi que egritudo oncha dicitur cu
ius intentio est vngula. non tamen illa vngula q̄
nascitur in lacrimali oculi z per coniunctiuam ex
tenditur vsq; ad corneam interdum cohoperi
ens pupillam sed est sanies que sub ipsa cornea
apparet in colore vngule vt etiam Auicenna in
eodem capitu. dicit q̄ assim. latur locus cornee
vngule Demo. yppopios of ralmos appellatur
cum ipso oculo inerit sanies purulenta inter pri
mam z secundam tunicam aut in prime grossitu
dine tunice et cetera. alibi tamen idem yppopi
am sine additione vocat liuoreꝫ sub oculo vel ip
sis palpebris. similiter et Oribasius Theodo.
vero Priscianus ypopiam dicit tumorem quē
dam in angulo interiori oculi ca. prio de oculo
rum morbis hoc tamen nomen videtur deriuari
ab hoc verbo ypopizo quod ē obstruo eo q̄ hac
sanie obstruatur visus. quare prima expositio vr
magis conueniens z si fic est per. y. psilon meli⁹
scribitur.

Ipopotamos grece equus fluuialis est animal qua
drupes maius cocodrillo in nilo degens z in ter
ram exiens quod dicunt presagio nili crementuz
ostendere. erit enim fluuium plenus aqua quam
naribus euomit eo loco vsq; ad quem fluuij au
gmentum peruenire debet.

Ipoquistidos grece qō apud Auicen. vocant eusi
stidoes imitando grecum est succus barbe ircine
sm Auican. que est fungus qui nascitur in radi
ce rose canine sm eundem Auicen. z ipse fung⁹
vocatur arabice tarafit. horum veritas patebit le
genti capitula de eusistides z tarafbit z barbe ir
cine apud Auicen. cum capitu. de ypoquistidos
apud Serapio. z Bya. capitu. de ciseos Bya.

Digitized by Google

